



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 175. Quid liceat circa impositionem pensionis in permutationibus, si Beneficia sint inæqualia quoad fructus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

centum ducati, *Trid. suprâ.* Valet autem pensio, si illi mille vel centum ducati poterant haberi tum, quando pensio imponebatur, licet postea fiat diminutio: quamvis hac factâ peti possit, ut cum proportione etiam imminuatur pensio. Vide *Leur. p. q. 466. & seqq.*

§. II. Non solebat antehac pensio imponi beneficio simplici non excedenti 24. ducatos de Camera; quid autem hi ducati faciant, dictum est n. 677.; Nec Canonici & dignitati non excedenti centum ducatos: Nec præbendæ Theologali. Vide *Leur. q. 470. 471.* nunc autem quandoque fit aliter, ex causis. Nec imponi potest fructibus Ecclesiæ necdum erectis in beneficium, *Corr. Leur. q. 474.* Nec imponi solet distributionibus quotidianis, *Garc. Casp. Lott. Leur. q. 481.*, imò nec toti summæ grossæ solitæ distribui inter eos, qui certis temporibus intersunt, *Paris. Leur. q. 482.*

§. III. Imponi potest beneficiis perpetuò commendatis, *Gamb. Paris. Az. Tamb. Leur. q. 472.* Item alteri beneficio, quod habet Titius resignatarius, si beneficium ei à Cajo resignatum pensionem ferre non possit, *Az. Leur. q. 473.* Item beneficio Sempronii, si Titius resignatarius non habeat aliud beneficium, nec hoc beneficium à Cajo resignatum Titio, pensionem ferre possit, *Paris. Az. Leur. q. 476.* Item fundo unius beneficii pro alterius dote, *Abb. Gig. Gonz. Lott. Leur. q. 475.* Item fructibus beneficii, etiam incertis, *Lott. Leur. q. 480.*

Q. 175: Quid liceat circa impositionem pensionis in permutationibus, si beneficia sint inaequalia quoad fructus. R. Dictum est n. 1104.

Q. 176. Quid notandum sit circa quantitatem & reductionem pensionis. R. Seqq.

§. I. Pensio ita debet esse moderata, ut benefici-

N n

ciato